



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

Edictum de Visitatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](#)

Mandantes omnibus, & singulis Vicariis nostris, Archipresbyteris, Archidiaconis, Praepositis, Primiceriis, Decanis, Canoniciis, Capitaliis, Parochiis, Rectoribus Ecclesiistarum, Altariumuè Capellaniis, Clericis, quibuscumq[ue] ceteris, cuiusvis generis beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & locorum item piorum curatoribus, praefectis, atq[ue] administratoribus, vnuersitatibus, alijsq[ue] omnibus & singulis, ad quos spectare vlo modo potest, ut te Visitatorem per nos ut supra, delectum, & constitutum recipient, tuisq[ue] monitionibus, praceptis, decretis, ac iussis pareant, poenis propositis etiam pecuniariis, interdicti, suspensionis, & excommunicationis in subsidium pro contumacia, culpeuè grauitate, arbitrio nostro, vel tuo, declarandis, interrogandisq[ue], ac locis pijs applicandis. Magistratibus vero, & Iudicis, alrisq[ue] Officialibus Curie secularis, tam in ciuitate, quam in Dioceſi, nec non vniuersitatibus, communatibus, & aliis ad quos spectat, in virtute sancte obedientiae pricipimus, & man-

damus, vt quoties fuerint requisiti, tibi pro primisorum executione affilunt, omnemq[ue] sauorem, opem, & auxitum etiam brachij secularis prompte, ac efficaciter presentent, atque exhibeant. Hanc verò visitationis delegationem catcras omnes facultates his nostris Archiepiscopatibus literis, vel vniuersè vel specificè concessas ad biennium tibi suffragari volumus. In quorum fidem presentes literæ nostræ, & Cancellarii nostri traxi scripti subscriptio[n]e, ac sigilli Sancti Ambrosii impressione munitas fieri iussimus.

Dat. Mediol. Cal. 3.

N. Archiepiscopus.

Locus sigill.

N. Cancell.

Hæ sunt facultates, quas mihi concessit sanctæ mem. Carolus Card. S. Praxedis Pastorū exemplar, ac Ecclesiæ disciplinæ restitutor, cuius memoria in semperitnum erit, quæ secundum qualitates Visitatorum ampliari vel moderari possunt.

C A P V T VIII. Edictum de Visitatione.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, &c.
Episcopus.

CVM ad nostri Pastorali officij rationem Visitationis cura ita pertineat, ut ex sacrorum Canonum iure, & Conciliorum decretis pretermitti neq[ue] possit, neque debet: nos illud à nobis debitum munus omni, qua maxima possumus diligentia, Deo iuuante aggredi, atque perfidere cupientes, perutile fore existimamus omnibus, & singulis iurisdictionis nostra fidelibus, ceterisq[ue], quorum id interest hoc significare; In eam vero

curam ita incumbemus, & ordinaria nostra auctoritate accuratè visitemus oes, & singulas has Modiolanenses & Ciuitatis, & Dioecesis Ecclesias, Metropolitanam nostram, Collegiatas, earum item capitula l[itter]um personas, curatas præterea Ecclesias, etiam eas, quae ipsi Metropolitana, Collegiatis, alijs Ecclesias, Monasterijs, Collegijs, aut piis quibusvis locis annexa sunt. Monasteria item, qua cōmendata sunt, Abbatia, Prioratus, sive præpositura,

ture, aliquè nomine nuncupata, in quibus non vigeret regularis obseruātia, cetera quoque beneficia curata, ac non curata, secularia, regularia, quoniammodo commendata, etiam si exempta sint, Ecclesiās item quascunq; quāvis ratione exēpias, queū in nullius Diœcesi sunt, quibus Metropolitana nostra propior sit, quā alia Cathedralis Ecclesia, omnes denique Ecclesiās non Curatas, Capellas, Oratoria, Hospitalia, Collegia quacunq; Cōfrater-
nites Laicorum, Mones Pietatis, pia loca omnia quāvis exempta sint, etiā ad Laicorum administrationem pertinētia. Moniales etiam quae Sancte Sedi Apostolice & immediate, & Regularib subiecta sunt, quo ad clausuram, Monasteria insuper, in quib. cura exercetur animarū in ys, quae ad Sacram. administrationē pertinent, omnes deniq; & quascunq; sa-
culares personas eccl. etiam exemptas, & Regulares extra Monasterium vitam agentes. Hoc igitur nostra publico pro-
mulgato Edicto omnes, & singulos cer-
tiores facere voluimus: nos die octauo
buius mensis visitandi initum facere vel-
le eo animo, eoq; consilio, ut quantum in
nobis est Diuina benignitate adiuti, om-
ni & diligentia, & pietatis, & Pastoralis
officij studio in ea incumbamus; quae ad a-
nimarum salutem, ad cultus Diuini ra-
tionem, ad Ecclesiārum statum, ad Chri-
stianā morum institutionem, ad Cleri, &
fidelis populi vita, atq; officij disciplinā
spectare iudicabimus. Quare monemus
omnes, & singulos, ad quos earū Eccle-
siārum, M. n. steriorū, & priorum locorū,
que diximus, cura, vel gubernatio, vel
administratione, vel Missarū, ac Diuinorū
officiorum, quae in ijs præstanta sunt ce-
lebratio, aliorūque munerum iunctio per-

tinet, ut quo die singulas illas Ecclesiās, locaq; visitabimus, proferat, ac ostendat nobis, vel ei cui tale munus delegauimus suorum omnīū beneficiorum, & sacerorū ordinum titulos, & Ecclesiārum, Capitu-
lorumq; Saruta, Constitutiones, ac obli-
gationū onera, quae eis imposita sunt. In-
uetarium prætereà bonorum mobilium,
& immobilium, atque eas res omnes e-
stendant, quae ad Ecclesia, aut pī loci cul-
tum, apparatum, & ornatum pertinent.
Et que singuli pro vniuersiuisq; muneriis,
officijq; ratione ex prescripto Conc. Pro-
vinc. præsto habere tenentur.

Si quis autem cuiusvis ordinis, aut
dignitatis sit, aliqua in medium afferre
voluerit, quae ad Dei laudem, Ecclesiārum
comodum, & animarum salutem inter-
esse putauerit, eum hortamur in domi-
no, ut omnia eanobis, vel sermone, vel
scripto patefaciat.

Et quoniam ab ijs, quae aliis præstante,
initium sumi decet, primum Metropoli-
tanam nostram Ecclesiam visitabimus,
ad alias deinde Ecclesiās, & loca, que di-
ximus, progrediemur, ea seruata ordinis
ratione, quae ad eam rem bene gerendam
magis expedire nobis videbitur. Itaque
monemus, præcipimus atq; citamus Capi-
tulum Ecclesia nostrā Metropolitanā, e-
iusq; Archipresbyterum, Archidiaco-
num, Primicerium, Prepositum, Decanū,
Canonicos qui ordinary appellātur Ma-
gistrum Ceremoniarū Notarios, Lec-
tores, Maceonicos, Capellanos, Hostiarios,
Clericos, Veglones, & Veglones, Paro-
chos, item tres eiusdem Metropolitanae Ec-
clesiae, Scolares, Confratres, Ministrros,
caterosq; singulos, qui nostra Metropoli-
tanā Eccl. ministrant, vel ministrare de-
bent, ut eo, quem diximus, die octavo sum-

mo mane omnes ad visitationem conuentant, ac sui quisq; beneficij, quod in ea Eccl. obtinet, titulos, dispensationem, Statuta, Constitutiones, Ordines, obligationumq; onera, & alia omnia nobis, ut supra edicimus, exhibeat, in e. q; visitatione, quam statuto iam die aggredimur, et iam si non eo ipso die absoluere poterimus, tadiu adesse pergit, quoad omnibus ys, que ad cā pertinet, queq; nos necessaria, & opportuna censuerimus, perfectis illam omnino absoluimus.

Et, vt hæ nostræ literæ Cancellarij nostri, aut Coadjutoris eius manu subscriptæ, singillorū nostro signata, quas Edicti publici vim, ac testimonium habere decernimus, omnib. ys, quibus edicimus, ac aliis, quorū id interest, & in posterum quavis ratione intererit, nota, ac manifesta, plana esse posint, valimus eiusdem nostra Metropol.

Ecclesia, & aliarū huic Clivitatis Ecclesiistarum, quæ Collegata sunt, ac Monasteriorū ratus affigunt, ac reuinqui, eosq; omnes quos duximus, eisdē ita tenuti, ut si illi ipsi personaliter moniti, requisiti, ac citati essent. In quorum testimonium has confici, signo nostro muniri iubimus. De carum vero afflictione, quod quis nos in hac parte Nuntius ad nos referet, in eisdem illi omnino habebimus. Dat. &c.

Hoc Edictum per mensum, vel etiam breviori tempore secundum loci qualitatem ante visitationem tam in Ecclesia Cathedrali, quam in singulis ciuitatis, Dœcesisque Ecclesijs, locisq; visitandis, publicandum, ac affigendum est: reprehensibile enim est v. situationem ex improviso obire, quod intelligendum est de visitatione generali, vel nisi aliqua legitima causa subfit.

C A P V T I X. De literis Pastoralibus ad populum.

LITERAE Pastorales de Visitatione, quæ quidem secundū populi qualitatem xcēdē sunt, ex illis colligi possunt, quæ in Actis Ecclesia Mediolan. habentur, & ex Conc. Prouin. 4. ead. tit. de Visit. Multa etiam ex ijs quæ de fine, seu scopo visitationis supra dicta sunt. Plura verò ex literis Pastoralibus de Visitatione Beatisimi, & sanctissimi D. Nostri D. Clem. VIII. de quo habemus: Cur indies magis letemur, maioresq; gratias Deo agamus, cum eum, nō quæ sua sunt: sed quæ sunt Dei, querere, nō humanas affectiones, consanguineorumq; commoda sectari, sed an Dei gloria, & cleri, populiq; disciplina procuranda possemus, & desiximus esse in-

telligamus, vt veram, & rectam Pontificatus administrandi rationem, præclaraque exempla sanctissimorum veterum Pontificū, quiantam Ecclesia dignitate sua virtutem stabilitam, & amplitudinem reliquerunt, longo intervallo reuocare videatur. sic Deus Sanctu. att. suæ longā vitam, aī p̄seuerantie donum impartri dignetur.

Ils autē literis præcipue populus inuitandus est, vt eo tempore frequēt, & instruēt, vt intelligat, quid sibi in illa actione agendū sit: & tunc hortādus ad v. berrimos visitationis fruct' cōsequēdos.

Ha verò literæ duobus fētis proxi. Comit. mis ante Episcopi aduentum intra mil. farum solemnia promulgandæ sunt. Prou. cod.

C A P V T X. Literæ excitatoriæ ad Vicarios foraneos.

LITERAE excitatoriæ ad Vicarios foraneos, etiam ipsæ secundum qua-

litatem Vicariorum maximè scribendæ sunt; exempli tamen gratia infra scriptæ

peo.